BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 46r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



· No ·

valde debilitata Ideo eradicatione a principio
no tollerat / et hoc ut in plurimum Ideo no
nulli errant p maxime in cura pestilentie ·
qui indifferenter in omni tempe febris faciunt
eradicatione / no considerantes virtutem / Unde
dantes illas euacuationes eradicatiuas ·
ppter virtutis debilitate / materias illas prauas
agitant et no educunt / Unde sequitur virtuti
magnum nocumentum ¶ Alteratiuum vero co
ueniens in materia colerica Re aque distilla
cionis taraxacon / aque cicoree · an ℥ v · aq
radicum valeriane / aque tormentille aque beto
nice an ℥ i · s succi endiuie succi taraxacon
an ℥ iiij buliant hec simul et clarificentur
cum sufficienti quantitate zuccari Et addatur sy
rupi de limonibus / syrupi de acetositate ci
tri an ℥ iij · s Et aromatisetur cum hijs Re
sandalorum alborum et rubeorum an ʒ i · ligni
aloes ʒ ij · ossis de corde cerui / serici crudi ·
an ℈ i · smaragdi ʒ ij · ligentur in pecia rara
et dimittatur infusa in isto syrupo / et potest
addi ʒ i · Iacincti · ¶ Item potest exhiberi iste
Sirupus Re syrupi de endiuia / syrupi de
acetositate citri an ℥ iij · syrupi de limonibus
oximellis simplicis an ℥ i · s clarificetur cum
hijs scilicet Re aque taraxacon aque cicoree ·
aque endiuie an ℥ iiij aque bethonice / aq
buglosse aque tormentille / aque radicum va
leriane an ℥ i · s aromatizetur cum prioribus
dictis Et possunt hij syrupi exhiberi omni hora ·

Euacuatio eradicatiua no e facienda

Alteratiuum in materia colerica

Sirupus alius

44

46